et tenebitur seq ac suos Succores ad eadem omnia inscri
bit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremp
ptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem
Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori
minorennitate, Sucio cum legatione intra vel extra Regnum mi
litari servitio ad munimenta ad exercitorem vel aliis quibusvis
dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Adquieta
tionem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan
Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq
motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo,
ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel duplicatis, evasioni
bus suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione terrestri, bello
conventioneq. ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non
subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Haec sua prae
senti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Czołowski Consorti sua Reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesenti
bus Castren Capitan Premyslien Nobilis Daniel Czołow
ski sanus mente et corpore exnis a Terminis Districtibus Iuribusq
Iuris dictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Premyslien Iuris
dictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Succoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq subijciendo. palam libere publice ac per expressum reco
gnovit. Quia ipse Nobili Magdalena Szeptycka Nobilis olim
Pauli Szeptycki cum Nobili Ienna Consorte eius legitima

procreate filii sui vero Recognoscen. Consorti Chmiel et ipsius Successoribus Summam Septuaginta florenorum Polonicalium ratione vero dotis et expeditionis post eam acceptae, et in domum suam importatae, nec non et aliam similem Summam Septuaginta florenorum Polonicalium ratione veri iusti certi et legalis dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium bonorum et obligatoriorum mobilium et immobilium, Summarumq quarumvis pecuniariarum, nec non auri argenti clenodiorum, unionum margaretarum, vestium vestimentorum stanni, aeris cupri orychalci, pecorum pecudum, equorum equirea, ac totius supellectilis domesticq nunc habite et in posterum habende dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Szeptycka sui Recognoscen. Conthorali Chmiel et ipsius posteris eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus competentiisq et praerogativis quavis tenendi habendi et possidendi, illaq quiete et pacifice uti fruendi, ac ad suos suorumq Successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi vigore, et more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum. Hac sua praesenti personali recognitione ac praemissa omnia mediante.

Szeptyccy inter se mutuo Roborant.